

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

In Passionem D.N. Iesu Christi Homeliae quinquaginta sex, Theorematum
viginti octo, totidemque sermones. In Monotesseron Praeterea Eivsdem
Passionis Dominicae, iuxta Euangelistarum & historiae fidem, Elucidatio.

Conciones ad Haec Paraeneticae in praecipuis anni & Sanctorum
festiuitatibus habitae

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXVIIII

Compassio qualis debeatur Christo mortuo: quiqüe ipsius passio sit
memora[n]da.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47113](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47113)

enim scisse in Christi morte, quid aliud clamant, quam Christi innocentiam, quam iniustam eius mortem? Verum est igitur quod Christus dicebat, quod hominibus Christum tacentibus, irrationales creature confiterentur. Monuments quoque aperta scribuntur, & egressi ex illis homines, apparuisse multis. Quod resurrexerint mortui, non ante Christi resurrectionem ex illis monumenta, aut resuscitati intelligendi sunt: quia Christus primitiae resurgentium, qui ante omnes resurgens, aliquot eriam secum in resurrectione suae testimonium fecit resurgere. Deinde quoque ex ijs quæ siebant, hoc est, ex terra motu & alijs signis, timore perculsi nonnulli homines peccitantes, scipios damnabant, tundendo pectora sua, quod innocentis se esse mortis occidentes participes, atque contra iustum Dominum Iesum a Pilato mortis impetrassent sententiam. Ex ijs Centurio & ij qui cum ipso erant, fuerunt: quod non parum hinc mori, quod clamans sic exprimeret Iesus, dixerunt: Vere filius Dei erat iste. Virtus enim orationis Christi, qua pro illis orans dixerat: Iesu ignoce illis, quia nesciunt quid faciunt, operabatur eorundem illuminacionem. Impleta sunt nihilominus, quæ ante passionem Iesus dixerat ad nos bas, verba: Cum exaltaueritis, inquiens, filium hominis, tunc cognoscetis quod ego sum.

*Compasso qualis debeatur Christo mortuo: quicquid ipsius passio
fit memoranda.*

Cōpassione
quanta de-
beamus affi-
ci erga Chri-
stum.

Passio Chri-
sti ut semper
in memoria
sit habenda.

Discere debemus, quanta debeamus erga Christum compassionem afficiendam, quandoquidem insensibilia illum plangunt: quantum ergo nosplacere debemus, quanto dolore Christi debemus lugere mortem, quoniam quæ idem passus est, causa sumus? Propter te o homo afflictus, propter te esurivit & sitiuit, propter te ieunauit: propter te fessus, imbrum, gelucum sustinuit. Propter te verba audiuimus probroso, conuicia, contumelias, derisiones, blasphemias: propter te tulit vulnera, verbera, luores, plaga, opprobria, tandem crucem, clausos & mortem. Vide nunc quam iustus sit, vt tu illi compatiaris, vt illum diligas, vt ei agas gratias, vt caueas quod ille tibi prohibuit, quæcumque illum offendunt. Certè hæc Christi mors auctor nonquam recedere deberet memoria nunquam à corde tuo eius dilectionis. Semper enim cogitare debes, quantam tibi Christus exhibuerit charitatem, quantam tecum habuerit, & pro te quoque, patientiam: quanta propernatur, quantavè tortoribus subditus fuerit humilitate, quam dura pro te sustinuerit, quam acerba, quam vilia, quam denique ignominiosa. Reuerarū hand gratis, sed maximo nobilissimoque es precio emptus. Non igitur leniter amittas, nec vile existimes, quod à Christo tanta tibi difficultate, tanta charitate est partum. Secundū, si non sentis compassionem erga Christum, cum insensibilia exhibeant luctum, argue temetipsum, quia terra es frigidior, petra durior, monumentisq; scelerior, qui, illis compatientibus, non condoles Christo.

1650